LIB. VII. PAND. TIT. I.

De Uſufructu, & quomodo quis utatur, fruatur.

- *Agi poteſt h. l. in*
  - *Genere de Servitute, quæ*
    - *Eſt talis vel*
      - *Impropriè*, & accipitur pro quovis onere, etiam naturaliter contingente: utputa cum prædium ſitu inferius ſuperioris aquam excipit. *l. 1. §. 22. l. 2. ff. d. aqu. & aqu. pluv. arc. act.*
      - *Propriè*, ac deſcribitur, quod ſit jus in re aliena alteri conſtitutum, vi cujus ejusdem Dominus in alterius utilitatem aliquid tenetur pati vel non facere. *a. l. 15. §. 1. ff. d. ſervit.*
    - *Dividitur reſpectu Dominantis*
      - *Rei* ſive Prædii *in*
        - *Ruſticam. v. lib. 8. ff. t. 3.*
        - *Urbanam. v. l. 8. ff. t. 2.*
      - *Perſonæ in*
        - *Ordinariam*
          - Quæ perſonæ regulariter conſtituitur.
          - *Eaque eſt vel*
            - *Plena:* ut uſusfructus.
            - *Minus plena:* ut
              - Uſus.
              - Habitatio.
        - *Extraordinariam*, quæ, cùm regulariter ſit realis, perſonæ tamen conſtituta eſt. e. g. ſervitus pecoris paſcendi. *a. l. 4. ff. d. S. P. R.* aquæ ducendæ. *l. 37. ff. eod.*
  - *Specie de Uſufructu, qui*
    - *Accipitur vel*
      - *Impropriè, & competit in re propria* Domino (atque is dici ſolet *Cauſalis*) vel
        - Pleno. *a. l. 126. §. 1. ff. d. V. O.*
        - Minus pleno, appellaturque quaſi vel utile dominium. *II. f. 23. j. II. f. 8. §. rei.*
      - *Propriè, & competit in re aliena,* appellatur *Formalis*, accipiturque pro Servitute. *a. L. 5. ff. ſi uſusfr. pet. Hic* autem Uſusfructus *diſpeſcitur in*
        - *Verum*, qui eſt jus utendi fruendi re aliena, ſalva ejus ſubſtantia. *pr. I. h. de quo h. t.*
        - *Quaſi*, qui eſt jus utendi fruendi re, quæ fuit aliena & uſu conſumitur, ea lege, ut finito uſufructu res in genere vel ejus æſtimatio reſtituatur. *a. l. 1. ff. d. Uſufr. ear. rer. §. 2. I. h.*
    - *Conſtituitur vel*
      - *à Lege vel*
        - *Civili, ut*
          - *1. Patri,*
            - *Jure patriæ poteſtatis. L. 6. C. d. bon. quæ lib.*
            - *Ut ſit præmium emancipationis* in parte dimidia bonorum adventitiorum regularium. *§. 2. I. per quas perſ.* quod *in Virtuali Emancipatione*, quæ frequentiſſimè contingit in Saxonia per nuptias filiæ, aut filii filiæque peculiaris œconomiæ inſtitutionem, *ſecus eſt. a.* LR. *l. 1. a. 11.* Carpz. *P. 2. C. 10. d. 5. 6.* atque hoc alibi etiam attendi docet Huber. *in Præl. ad Priorem Partem Pandect. in ſupplem. p. 655. ubi praj.*
          - *2. Conjugi* ſuperſtiti *Secundo Nubenti* in bonis à defuncto profectis ſecundum. *l. 3. l. 5. C. d. ſecund. nupt.* quod *in Foro Saxonico* vi contrariæ conſvetudinis obtinere non ſolere monet Brunnem. *cent. 5. Dec. 58. n. 11.*
        - *Saxonica*, qua *marito* bonorum uxoris uſusfructus & adminiſtratio defertur. *fac.* LR. *l. 1. a. 31. 45. j. l. 37. ff. d. leg.* unde ſine conſenſu ejus mulier ſua alienare nequit. *P. 2. C. El. 15. §. f. Dec. El. 24. Conf.* Schilt. *ad π. Ex. 17. th. 13.*
      - *Ab Homine. v. pag. ſeq.*
    - *Acquiritur. v. pag. ſeq.*